Colliges 3. ad contrahendum peccatum originale requiri, ut quis descendat ex semine, et quidem ex commixtione seminis utriusque sexus, adeoque juxta Vasquez, si quis per impossibile ex solo semine virili nasceretur, talis non contraheret peccatum originale; verum hoc videtur esse eo non dicendum, quod homo talis nasceretur cum ... bestia constructus ex ea natura potius libera sed humana quam bestiali, tunc oporteret talem foetum baptizare. Alter non procederet ex commixtione seminis utriusque sexus humani: ergo si deberet baptizari, tunc etiam deberet contraxisse peccatum originale. 2°. Si Adam perseverasset in justitia originali et forte peccasset Cain vel Abel, tunc filii Caini vel Abelis non contraxissent peccatum originale, cum neuter fuerit constitutus caput generis humani. 202.

Colliges 4. Peccatum originale nobis esse voluntarium interpretative non formaliter, sicut supra dictum est; peccatum habituale esse voluntarium interpretative ipsa peccati actualis tanquam effectus ejus; in Adamo autem fuit voluntarium formaliter tale seu personale. Dices, voluntarium est id quod procedit ab intrinseco cum cognitione finis; atqui peccatum originale in posteris non procedit ab intrinseco cum cognitione finis: ergo nobis nullo modo est voluntarium. 2°. voluntarium debet nobis esse liberum, seu in nostra potestate; atqui peccatum Adami nobis non est liberum nec est in nostra potestate: ergo. Respondeo, quod ista definitio voluntarii tantum intelligenda sit de voluntario formali et personali, non autem interpretativo, quod quis formaliter aliena voluntate committit, imputatur tamen nobis vi pacti cum Deo initi, 203.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
© Universitätsbibliothek Heidelberg
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/salVIII66/0463
gefördert durch Baden-Württemberg